APeriam in pſalterio propoſitionem meam pſalmo.xlviij.Quia nõ ſolum in illo pſalmo:ſed etiam in quolibet pſalmo huius libri intendit Dauid nobis aperire aliquã vel aliquas propoſitiones ⁊ myſteria profundiſſima de veteri teſtamento:ideo non ſolum de illo pſalmo.xlviij.ſed etiam de toto libro pſalmorum verificatur ⁊ impletur quod in verbis propoſitis dicitur. Aperiam in pſalterio propoſitionẽ meã. ¶ In quibus verbis implicant̃ ⁊ quaſi explicantur oẽs quatuor cauſe totius libri pſalmorum.Nam in ly aperiã intelligitur pronomẽ prime perſone:ſcilicet ego aperiam per quod denotatur cauſa efficiens autor oĩm pſalmorũ.Cauſa vero materialis denotat̃ per ly ꝓpoſitionẽ quã nobis aperit.Tertio notat̃ cã formalis in ly pſalterio:in quo dicit ſe aperire ꝓpoſitionẽ.

D.Jacobi de Valen.